Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Altes Testament, 1. Teil - Cod. Aug. perg. 88

[S.l.], [14. Jahrh.]

Prologus sancti Hieronomi in librum Regum; capitula

urn:nbn:de:bsz:31-62647

Visual Library

deficeret ſucceſſor familie tue. et uocaretur nomen eius in iſrael. et habeas qui conſoletur animam tuam. et enutriat ſenectutem. De nuru enim tua natus est qui te diliget. et multo tibi est melior quam ſi ſeptem haberes filios. Suſceptumque noemi puerum poſuit in ſinu ſuo. et nutricis ac gerule officio fungebatur. Vicine autem mulieres congratulabantur ei dicentes. Natus est filius noemi. Vocaueruntque nomen eius obed. Hic est pater yſai patris dauid. Hee ſunt generationes phares. Phares genuit eſrom. eſrom genuit aram. aram genuit aminadab. aminadab genuit naaſon. Naaſon genuit ſalmon. ſalmon genuit booz. Booz genuit obed. obed genuit yſai. yſai genuit dauid. Explicit liber Ruth.

Incipit prologus sancti ieronimi presbiteri in librum regum.

Viginti et duas litteras eſſe apud hebreos. ſyrorum quoque lingua et chaldeorum teſtatur. que hebree magna ex parte confinis est. Nam et ipſi uiginti duo elementa habent. eodem ſono ſed diuerſis caracteribus. Samaritani etiam pentateucum moyſi totidem litteris ſcriptitant. figuris tantum et apicibus diſcrepantes. Certumque est eſdram ſcribam legiſque doctorem poſt captam iheroſolimam et inſtaurationem templi ſub zorobabel alias litteras repperiſſe. quibus nunc utimur. cum ad illud uſque tempus. idem ſamaritanorum et hebreorum caracteres fuerint. In libro quoque numerorum hec eadem ſupputatio ſub leuitarum ac ſacerdotum cenſu myſtice oſtenditur. Et nomen domini tetragrammaton in quibuſdam grecis uoluminibus uſque hodie antiquis expreſſum litteris inuenimus. Sed et pſalmi triceſimus ſextus. et centeſimus decimus. et centeſimus undecimus. et centeſimus octauus decimus. et centeſimus quadrageſimus quartus. quamquam diuerſo ſcribantur metro. tamen eiuſdem numeri texuntur alfabeto. Et hieremie lamentationes et oratio eius. ſalomonis quoque in fine prouerbia. ab eo loco in quo ait. mulierem fortem quis inueniet. eiſdem alfabetis uel inciſionibus ſupputantur. Porro quinque littere duplices apud hebreos ſunt. caph. mem. nun. phe. ſade. Aliter enim per has ſcribunt principia medietateſque uerborum. aliter fines. Unde et quinque a pleriſque libri duplices eſtimantur. Samuhel. malachim. dabreiamin. eſdras. hieremias. cum cinoth id est lamentationibus ſuis. Quomodo igitur uiginti duo elementa ſunt per que ſcribimus hebraice omne quod loquimur. et eorum initiis uox humana comprehenditur. ita uiginti duo uolumina ſupputantur. quibus quaſi litteris et exordiis in dei doctrina tenera adhuc et lactens uiri iuſti eruditur infantia. Primus apud eos liber uocatur breſith. quem nos geneſim dicimus. Secundus hellesmoth. qui exodus appellatur. Tercius uaiecra. id est leuiticus. Quartus uagedaber. quem numeri uocamus. Quintus addabarim. qui deuteronomium prenotatur. Hi ſunt quinque libri moyſi. quos proprie thorath. id est legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt. et incipiunt ab ihesu filio naue. qui apud eos ioſue bennum dicitur. Deinde ſubtexunt ſophtim id est iudicum librum. et in e

in eodem compingunt ruth. quia in diebus iu
dicum facta est narratur hystoria. Tercius
sequitur samuel. quem nos regnorum primum
et secundum dicimus. Quartus malachim. id est
regum. qui tercio et quarto regnorum vo
lumine continetur. Meliusque multo est
malachim. id est regum. quam malachoth
id est regnorum dicere. Non enim multarum
gentium regna describit. sed unius israheli
tici populi qui tribubus duodecim continetur.
Quintus est ysaias. sextus iheremias. sep
timus ezechiel. octavus liber duodecim
prophetarum. qui apud illos vocatur thareas
ra. Tercius ordo. agyographa possidet.
Et primus liber incipit a iob. secundus a david.
quem quinque incisionibus et uno psalmorum
volumine comprehendunt. Tercius est salo
mon. tres libros habens. proverbia que
illi parabolas. id est masloth appellant.
quartus ecclesiasten id est coeleth. et quintus
canticum canticorum quem titulo syrasirim
prenotant. Sextus est daniel. septimus
dabreiamin. id est verba dierum. quod signifi
cantius cronicon totius divine hystorie possu
mus appellare. qui liber apud nos pa
ralipomenon primus et secundus inscribitur.
Octavus esdras. qui et ipse similiter apud
grecos et latinos in duos libros divisus
est. Nonus hester. Atque ita fiunt pariter
veteris legis libri. xx. ii. id est moysi quinque.
prophetarum octo. agyographorum novem. Quamquam
nonnulli ruth. et cinoth inter agyo
grapha scriptitent. et libros hos in suo
putent numero supputandos. ac per hoc
esse prisce legis libros viginti quatuor. quos
sub numero. xx. quatuor seniorum apocalip
sis iohannis inducit. adorantes agnum. et co
ronas suas prostratis vultibus offerentes.
stantibus coram quatuor animalibus ocula

tis retro et ante id est in preteritum et in futu
rum respicientibus. et indefessa voce cla
mantibus sanctus. sanctus. sanctus dominus deus omnipotens qui
erat. et qui est et qui venturus est. Hic
prologus scripturarum quasi galeatum prin
cipium omnibus libris quos de hebreo ver
timus in latinum convenire potest. ut
scire valeamus quicquid extra hos est. inter
apocrifa esse ponendum. Igitur sapiencia
que vulgo salomonis inscribitur. et
ihesu filii syrach liber. et iudith. et tobias.
et pastor. non sunt in canone. Macha
beorum primum librum. hebraicum repperi. Se
cundus grecus est. quod ex ipsa frasi pro
bari potest. Que cum ita se habeant. ob
secro te lector ne laborem meum reprehen
sionem estimes antiquorum. In taberna
culo dei. offert unusquisque quod potest. Alii
aurum et argentum. et lapides preciosos.
alii byssum et purpuram. et coccum.
offerunt et iacinctum. Nobiscum bene
agitur. si obtulerimus pelles et capra
rum pilos. Et tamen apostolus contemptibilio
ra nostra magis necessaria iudicat. Un
de et tota illa tabernaculi pulcritudo
et per singulas species ecclesie presentis fu
tureque distinctio. pellibus tegitur et cili
ciis. ardoremque solis et iniuriam ymbri
um ea que viliora sunt prohibent. Le
ge ergo primum samuel et malachim me
um. meum inquam meum. Quicquid enim crebrius
vertendo et emendando sollicitius di
dicimus et tenemus et nostrum est. Et cum
intellexeris quod antea nesciebas. vel
interpretem me estimato si gratus es
vel parafrasten si ingratus. quamquam mihi
omnino conscius non sim mutasse
me quippiam de hebraica veritate. Certe
si incredulus es. lege grecos codices et

latinos: et confer cum his opusculis. Et
ubicumque discrepare inter se videris:
interroga quemlibet hebreorum cui ma
gis accommodare debeas fidem. Et si
nostra firmaverit: puto quod eum non estimes
coniectorem: ut in eodem loco mecum simi
liter divinaverit. Sed et vos famulas christi
rogo: que domini discumbentis preciosissi
mo fidei mirro ungitis caput: que ne
quaquam salvatorem queritis in sepulchro:
quibus iam ad patrem christus ascendit: ut
contra latrantes canes qui adversum
me rabido ore deseviunt: et circumeunt
civitatem: atque in eo se doctos arbitran
tur si aliis detrahant: orationum vestrarum
clipeos opponatis. Ego sciens humilita
tem meam: illius semper sententie recor
dabor. Dixi custodiam vias meas: ut non
delinquam in lingua mea. Posui ori meo
custodiam: cum consisteret peccator adver
sum me. Obmutui et humiliatus sum:
et silui a bonis. Explicit prolo
gus. Incipiunt capitula li
bri sequentis. I.
De helchana et uxoribus eius. Et de heli
sacerdote. et de nativitate samuel.
II. De cantico anne. Et de iniquitatibus filiorum
III. De samuhele. et reputatione dei (heli.
una ad heli per eum directa vel de exprobratione
IIII. De samuhele vel cum deus quarter (citat
to vocat nomine. Et de philistinorum bel
lo. Et archa capta. Et de morte hely
V. sacerdotis. De ydolo dagon ad presen
tiam arche confracto. Et de plagis phi
VI. listeis inlatis. De arche reditu in beth
sames. Et de plaga illic irrogata.
VII. De arche transmigratione in cariathia
rim in domum aminadab. Et de bello in
quo philistiim percussi sunt. Et gestis
samuhelis. De filiis samuhelis. Et quod VIII
populus regem postulat. Et de saule. et
asinarum inquisitione. De saulo uncto in VIIII
regem. Et inter prophetas prophetante. Et quomodo
in masphat ei regnum confirmatur
De naas rege ammon quomodo obpugna X.
vit iabis urbem. et de confirmatione
regni saul in galgalis. De samuhel XI.
preceptis ad populum. Et de signis de celo
ostensis. De ionatha et saule quomodo phili XII.
steos percusserunt. Et de saule ut holo
causta male offerre presumpsit.
De ionatha ut per eum dominus philisteos XIII.
percussit et saul voluit eum perimere mellis
De saule quomodo omnes hunc in circuitu occide XIIII.
vit inimicorum nationes. Et quos ipse
habuerit filios vel principes. Et de in
teritu amalechite ultione hebreorum. de
cede pecudum. Et de agag rege.
De samuhel ubi saulem deserit. XV.
et david ungit. Et de spiritu nequam qui sau
lem vexabat. De bello philistinorum XVI.
contra saulem ubi david goliath in
terficit. Et audivit in decem milibus.
De ionathe et david amore. Et de odi XVII.
is saul in david. Et ut in centum preputiis ac
cepit michol. que patris dolum prodens
salvum fecit david. De fuga david XVIII.
ad samuhelem. qui missi prophetaverunt.
ubi et saul veniens prophetavit. Et de
pacto ac signo inter ionatham et david.
Item de fuga david. Et que de achime XVIIII.
lech sacerdote referuntur. Et quomodo
david immutavit vultum suum coram
achis rege. Et cum suis omnibus transi
it ad regem moab. De gad propheta ut XX.
commonuerit david fugere in terram iuda

in ſaltu. Et doech ꝓdente occiſus eſt
achimelech cum reliquis lxxx ſacer
dotibus. Et quomodo dauid ꝑcuſſit philiſti.
XI. ſaluauit ceila. De ſaule quomodo uoluit
dauid in ceila capere. qui eum fugit
in deſertum ziph. ubi ionathas ade
um uenit. Et de ſaulis clamide. quam
dauid in ſpelunca partem excidit
XII. De ſamuelis morte et ſepulchro eius in
ramatha. Et que de nabal carmelo ac
XIII. de abigail referuntur. De dauid qui
abigail et achinoem uxores accepit.
Et ubi ſaulis ꝑſequentis ſcyphum et
XIIII. haſtam abſtulit. De tranſfugio da
uid in geth ad achis regem philiſtim
Et que illic geſſerit. de ſaule et phito
XV. niſſa. De philiſteis aduerſus ſe congre
gatis. et de dauid qui ꝑcuſſo amalech
omnem captiuitatem et uxores ſuas
XVI. reduxit in ſiceleth. De bello philiſti
norum in quo ſaul cum tribus filiis occu
buit. Incipit liber malachim
id eſt Regum capitulum. I

F uit uir unus de
ramatha ſophim
de monte effraim
et nomen eius helcha
na: filius ierobo
am. filii heliu. fi
lii thau. filii ſuph effratheus. Et habu
it duas uxores: nomen uni anna:
et nomen ſecunde fenenna. Fueruntque fe
nenne filii: anne autem non erant liberi.
Et aſcendebat uir ille de ciuitate
ſua ſtatutis diebus: ut adoraret et ſacri
ficaret domino exercituum in ſylo. Erant
autem ibi duo filii heli. ofni et finees ſa
cerdotes domini. Uenit ergo dies. et im
molauit helchana: deditque fenenne
uxori ſue et cunctis filiis eius et filiabus
partes. Anne autem dedit partem unam
triſtis: quia annam diligebat. Dominus autem
concluſerat uuluam eius. Affligebat quoque
eam emula eius et uehementer angebat:
in tantum ut exprobraret quod concluſiſſet
dominus uuluam eius. Sicque faciebat per ſingulos
annos cum redeunte tempore aſcen
derent templum domini: et ſic prouocabat
eam. Porro illa flebat: et non capiebat
cibum. Dixit ergo ei helchana uir ſuus.
Anna cur fles. et quare non comedis:
et quam ob rem affligitur cor tuum: Numquid
non ego melior ſum tibi quam decem filii:
Surrexit autem anna poſtquam comede
rat in ſylo et biberat: et hely ſacerdote
ſedente ſuper ſellam ante poſtes templi
domini. cum eſſet anna amaro animo ora
uit dominum flens largiter: et uotum uouit
dicens. Domine exercituum ſi reſpiciens ui
deris afflictionem famule tue. et recor
datus mei fueris. nec oblitus ancil
le tue. dederiſque ſerue tue ſexum uiri
lem: dabo eum domino omnibus diebus uite
eius. et nouacula non aſcendet ſuper caput eius.
Factum eſt ergo cum illa multiplicaret preces
coram domino. ut hely obſeruaret os eius.
Porro anna loquebatur in corde ſuo.
tantumque labia illius mouebantur: et uox pe
nitus non audiebatur. Eſtimauit ergo eam
hely temulentam: dixitque ei. Uſquequo
ebria eris: Digere paulisper uinum quo
mades. Reſpondens anna: nequaquam
inquit domine mi. Nam mulier infelix nimis
ego ſum: uinumque et omne quod inebriare
poteſt non bibi. ſed effudi animam meam
in conſpectu domini. Ne reputes ancil